Encomienda de Alcalaten

S-IV 90-20 P. 1325/20

1ª 3

Leg. 4. Num. 19. ~~16~~

Establecimiento del Molino Batan de Lucena, firmado por los Procuradores del Conde D.n Juan á Migl. Eximeno, Perayre

GOBIERNO DE ARAGON

+ Lucena.

Establiment del moli draper de la
vila de Llucena de la tinença del Alca
latera del Ill.mo Sor Comte de Aranda
etc. fet e fermat per los mag.chs Joan Am
oros de Morlanes y de Pamplona y Joan
Sol Salines procuradors de sa Ill.ma mag.a
a Miquel Ximeno Peray te vehi de Llu
cena ab xxiiij ß de cens fadiga y lloisme
pagadores tots anys ingualment lo pri
mer dia de juny y desembre — ß

Leg. 4. c.º 12 13

11

Die sexta mensis Junij anno

a nativitate Dni MDLXVI

IN DEI NOMINE AMEN NOVERINT
universi quod Nos Joannes Munyos de panplona
et de morlanes Infanciones Civitatis Calataiu
bi habitatores Et Xpoforus de Salines domicellus
Civitatis Valentie habitator Prout nunc ambo In billa lu
cene tenentie de alcalaten pro Infrascriptis
et aliis peragendis residentes Ut et tanquam legit
timi procuratores Illustrissimi domini dompni Joan
nis Ximenez de Urrea comitis de Aranda bice
comitis de biota ac domini bice comitatus de
rueda In regno aragonum dominique tenentie
de Alcalaten et villarum de Chisflata Cor
tes et benilloba In regno Valentie prout de pro
curationibus et posse nostris legittime constat
Scilicet de procuratione mea dicti Joannis Munyoz
de morlanes cum publico procurationis Instrumento acto
In Civitate Cesarauguste recepto per discre
tum Martinum Abiego notarium sub die trice
sima prima et ultima mensis marcij Anni
milli quingentesimi sexagesimi primi Et de
procuratione mea dicti Xpofori de Salines cum Ins
trumento publico acto Valentie recepto per dis
cretum Cosmam Soriano notarium sub die trice
sima mensis aprillis anni millesimi quingentesi

GOBIERNO DE ARAGO

mi quinquagesimi septimi habentes Inter cum
eisdem plenum posse Infrascripta et alia fa
ciendi et firmandi Predicto noie Insequendo
voluntatem dicti domini comitis de Aran
da dni et principalis nostri Gratis et de nra
certa sciencia cum pnti publico Instro cunc
tis temporibus firmiter ubiqz valituro et In
aliquo non violando seu revocando stabili
mus ac titulo stabilimenti cum pactis et con
dicionibus Infrascriptis In emphiteosim per
petuam concessionem concedimus ac tradi
mus seu quasi tradimus ad benemelioran
dum et In aliquo non deteriorandum ad
usum et consuetudinem boni adquisitoris
vobis honorabili michaelli Eximeno pannorum
lane paratori prefate ville luxene tenen
tie de alcalaten vicino et habitatori pnti et ac
ceptanti et vris Quoddam molendinum
draperium sive moli draper ante dicti co
mitis arande dni et principalis nri cum
omnibus salarijs Juribus aynes et pertinentiis
eiusdem nobis dicto noie seu dicto princi pa
li nro pertinentibus situm et positum Inter
mino prefate ville de luxena In partita dul
go dicta del riu et citra dictum flumine con
frontatum ex una cum hereditate vestra dic
ti michaellis Eximeno et cum prata et here
ditate Jacobi Eximeno nati maioris et

cum vinea bartholomei Esteue a parte superi
ori sequia media et cum dicto flumine parti
bus ex altera Hoc autem stabilimentum et
ad emphiteosim perpetuam concessionem vobis
et vris dicto noie facimus sub his pactis et con
dicionibus et non aliter nec alias viz. qd vos et
vestri In dicto molendino successores teneami
ni Inperpetuum et teneantur tenere et re
putare nos dicto noie et seu verius ante dic
tum dominum comitem de Aranda prin
cipalem nrm et Illius successores pro vero
et Indubitato domino directo dicti molen
dini et qd sub pena comissi non proclamabi
tis nec possitis nec valeatis nec vestri
possint nec valeant proclamare appella
re nec recurrere ad alium dominum di
rectum nec Judicem seu Judices nisi ad nos
predicto noie seu verius ad prefatum domi
num Comitem de Aranda dominum ac
principalem nostrum et Ipsius successo
res In dicta tenentia de alcalaten aut
ad Judicem seu Judices per dictum comi
tem de Aranda et dominum tenentie
de alcalaten et Ipsius successores delega
tum aut delegatos delegandum aut de
legandos Et qd vos teneamini et vestri tene
antur Inperpetuum solvere et respondere

anno quolibet ante dicto dno comiti de aran
da ac dno dicte tenentie de alcalaten prin
cipali nostro et ipsius in dicta tenentia successo
ribus viginti quatuor libras monete regali
um Val. de censu in duabus equalibus solu
tionibus viz prima die mensis junij duo
decim libras et alias duodecim libras die
prima mensis decembris cum juribus lau
dimij et fatice et cum toto alio pleno jure
emphiteotico et jure ipsos percipiendi se
cundum foros aragonum et Valentie. Primaque
teneamini incipere facere solutionem dicta
rum viginti quatuor librarum die prima
mensis junij et decembris anni millequin
gentesimi sexagesimi noni et sic deinde
anno quolibet dictis in terminis sive diebus
Item quod non exhigetis neque recuperabitis neque
vestri exhigent neque recuperabunt neque re
cuperare et exhigere possitis neque valeatis
neque vestri possint neque valeant mayora
precia neque salaria pro apparatibus panno
rum et laboribus vestris que hodie exigunt
et actenus exigere habere et recuperare
consueverint pro dictis apparatibus Item
cum pacto quod vasalli venni et habitatores villarum
et locorum predicte tenentie de alcalaten
dicti dni comitis aranda dni et principalis

nostri non ibunt neque extrahent neque pos
sint extrahi raupas et pannos suos ad curan
dos sive adaparellar ad alios molendinos
extra dictam tenentiam de alcalaten nisi
ad dictum molendinum sub pena et penis
actenus assuetis et exhigere solitis Et nichil
ominus teneamini dare nobis prefato nomine
prout jam tradidistis et nos confitemur
a vobis habuisse et recepisse nostre omnimo
de voluntati unum par pullorum pro
intrata huiusmodi stabilimenti unde re
nunciamus prefato nomine omni excep
tioni rei sic non geste ac dictorum pullorum
per nos a vobis non habitorum et non recep
torum ut predicitur et doli Et cum dictis
pactis censu promissionibus conditionibus
et obligationibus et non sine eis aliter neque
alias ullo modo predictum stabilimentum et ad
emphiteosim perpetuam concessionem vo
bis et vestris facimus prefato nomine cum in
troitibus et exitibus tectis parietibus et aquis
ad curandum dictos pannos cunctisque alijs
suis juribus et integritatibus a celo in abissum
Et ex causa huiusmodi stabilimenti et ad
emphiteosim perpetue concessionis damus
cedimus etc quibus juribus etc instituentes
etc ponentes etc confitemur etc id haben

GOBIERNO DE ARAGON

dum et stanndum quod etc. Exceptis etc. Hiis etc.
Prout melius etc. Saluis tamen semper ante
dicto dno comiti de Aranda ac dno prefate
tenencie de Alcalaten et illius successori
bus juribus ante dictis laudimij et faticen
sup predicto suis in termino seu terminis
anno quolibet et perpetuo persoluendis om
niqz alio pleno iure emphiteotico et iure
ipsos percipiendi secundum foros arago
num et Valz.e Promittentes dicto nomine
pacto speciali solempni stipulatione inter
ueniente pns stabilimentum et ademphi
teosim perpetuam concessionem et rem
concessam cum omni suo melioramento
facto et faciendo auctorizare et desbriga
re et contra ipsam questionem aliqua
litem demandam vel controuersiam non
inferre etc. Immo ipsam vobis et vris facere
habere et tenere contra cunctos conque
rentes vel in aliquo perturbantes ad fo
rum aragonum Et tenemur inde dicto
noie ac teneri volumus vobis et vris de fir
ma et legali euictione et de omnibus damp
nis etc. Super quibus etc. credatur etc. renun
ciantes etc. Pro quibus omnibus et singulis rat
tis et firmis habendis tenendis et inviolabi
liter obseruandis obligamus se pe dicto

nomine vobis et vris omnia et singula bona et
iura ante dicti domini Comitis Aranda do
mini et principalis nostri mobilia etc.
Ad hec autem Ego dictus Michael Exime
no pns et acceptans dictum stabilimentum
prefati molendini draperij cum prenar
ratis pactis censu promissionibus obli
gacionibus et condicionibus promitto vo
bis dictis magnificis Joanni Munyos de
morlanes et de Panplona Et Xpoforo de
Salines dicto procuratorio nomine pre
sentibus et acceptantibus et vris ac dicto
domino comiti de Aranda licet absenti
ut presenti notario tamen infrascripto
etc. stipulante etc. et suis predicta omnia
et singula vbi ad me spectant facere com
plere adimplere tenere et obseruare pro
ut desuper est deductum atqz conuentum
ac dictum censum suis in terminis et
solutionibus predictis et sub dicta pena
respondere Ad quorum omnium et sin
gulorum etc. ffiat executoria large cum
fori submissione judicij variatione ac
proprij fori renunciatione et appella
tionis juste etc. Et cum clausulis jura
tis non litigandi nec impetrandi etc. sub
pena mille solidorum dicte monete vl
tra periurij penam pro pena etc. Dando

GOBIERNO DE ARAGON

rum etc. ffiat ut pacto etc. Pro quibus etc. obligo
etc. Actum est hoc in dicta villa de Lurena
die etc.

Testes huius rei sunt venerabilis Joan-
nes Abiego rector Ecclesie ville La-
cene et Onufrius Sebastianus Banet
presbiteri ville Lurene habitatores

Ego Raphael Fortunyo publicus regia
auctoritate per totum Valentie regnum not[arius]
ville Lurene vicinus et habitator qui predicto
stabilimenti instrumentum [illegible] in
alterius scriptum recepi fideliter de eode
sumpsi unde in [illegible] ad quibus va-
leat fides sic me [illegible] subscripsi
meumque signum [illegible]
gere solito apposui [illegible] in testimonium

m. 490

GOBIERNO
DE ARAGON